



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

35. Quidam contraxit sponsalia, & postea adimplere noluit, quæritur an sit per censuras compellendus? Ex p. 3. tr. 4. res. 205. aliàs 206. ibid.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Tractatus Sextus

348

contractus humanus, & Sacramentum sensibile.

2. Sed ego non recedo à negativa sententia, quam tuerur Sanchez de Matrimonio lib.4. disp.23. Gutierrez, cap.13. Bossius, cap.3. §.39. num.167. quia Textus in cap. Unico de Sponsal. in 6. Loquitur tantum de parentibus, & verè non videtur similis ratio: Vnde si tutor contraheret pro suo minore tacente, requireretur, vel expressus consensus, vel ratificatio per aliquod aliud signum. Et contra Doctores superius citatos dicendum est non esse sufficiens signum consensus in sponsalia & Matrimonio, si persona extranea respondet pro Contrahentibus, vt tenet me citato Leandrus de Sacram. tom.2. tract.9. disp.1. q.5o. & alij penes ipsum, & penes Sanchez: Quia ius Canonicum tanquam quid speciale id de parentibus afferit, innuens à contrario sensu secus esse in Extraneis: Tum quia ratio curæ & dilectionis paternæ, & obedientia filiorum erga parentes, dum parentes pro filiis presentibus, & tacentibus contrahunt, & ius presumunt filios tacite consentire, non habet locum in extraneis; ac proinde licet taciturnitas dum parentes cōtrahunt, habeatur pro sufficienti signo taciti consensus, non reputabit tamen, dum extraneus id facit, & pro alio quo pro extraneus responder, & consensum exprimit, præcesserit, quod vna cum subsequente taciturnitate iudicet consensum expressum, vel tacitum; vel nisi appareat clare ei pro quo respondet, & contrahit, in eius comodum, & fauorem contrahere. Itaque in hoc casu puto in utroque foro supradicta sponsalia, & matrimonium non esse valida, vide Bossium loc. cit.

RESOL. XXXIII.

An quando Parentes, & Tutores pro filio, & pupillis absentibus contrahunt sponsalia, & hi postea scientes non contradicunt, censeantur consentire? Ex part.3. tr.4. Ref. 270. alias 271.

§. 1. Prima opinio affirmat, sic Henr. lib.11. cap.13. n.5. Sotus in 4 disp.24. quaest.2. art.2. ad 1. & alij. Eratio est, quia eadem proflus est ratio, ac quando ipsi presentibus, & tacentibus parentes contrahunt.

2. Secunda opinio negat, ita Basilius Pontius de matrim. lib.2. cap.14. num.14. Sanchez tom.1. lib.1. disp.44. n.16. quia textus cap. unico de desponsal. impub. in 6. agit de sponsalibus à parentibus nomine filiorum presentium, & tacentium contractis, ideo in nostro casu non sufficit postea scientes non contradicere, sed requiriunt, vt hi iam certiores facti sponsalia à patribus absentibus contrafacta, tacite, vel expressè aliquo signo sufficienti ratificant.

3. Tertia opinio est Egid. Coninch de Sacram. disp.21. dub.3. n.39. afferentis, quod quando hi resuscitant per aliquem ad quem non pertinet rem gestam ad eos referre, ipsos tacendo non censeri consentire, quia non tenentur huic modo assentire. Quando verò id ipsis proponitur per ipsos parentes, aut curatores, si tacent, censeti consentire, quia tenentur his talia iis proponentibus mentem suam aperire, atque ita vel contradicere, vel consentire; quod censent facere dum tacent: quare si rem ipsis proponant coram parte, sicut statim sponsalia; seens est si eam hac absente, iis proponant: tunc enim non erunt sponsalia, donec pars per ipsos minores, aut alium ab iis ad hoc destinatum cognoscat corum consensum, eumque accepte. Ita Coninch. Mihi verò secunda sententia magis placet, licet alias probabiles esse existimem.

RESOL. XXXIV.

Quando teneatur implere, qui contraxit sponsalia, nullo praefixo tempore, & termino? Ex part.3. tr.4. Ref. 244. alias 245.

§. 1. Ta responder Sanchez de matrim. tom.1. lib.1. disp. 28. num. 2. si dies apposita minime in obligationi, nec alia conditio, non teneri promissum statim implere, sed tantum requirentem eo cui promissum facta est, tunc verò cum alter petat, teneri contrahere. Ratio est, quia id generale est in omni debito absque dici præfixione, solum cum numerus debitör a creditore requisitus, solvere, vi contra debitores presentes. C. de pignoribus, l. 1. Sanchez.

2. Sed hæc opinio duplicit Basilio Pontio de matrim. lib.12. cap.6. n.1. vbi sic ait: In obligatio adimplendi sponsalia a momento contractar, l. in omnibus obligationibus, ff de reg. 1. cuius positum in merito docuit Sanchez, arguunt tractus in l. debitores. C. de pignoribus, ex quo textus constat debitorem non teneri solvere, nisi regulum, quando non est debito solvende prædictus terminus, sed id perperam ex dicta lege colliguntur, ut agitur de distractione pignoris, quod crederet habet non enim valent pacta de pignore propria auctoritate distractendo. At quando conuenit, ne pignus debitör distractur, & perpetuo moriam solvendi faciat solemniter, ac cum tribus denuncie eidem possunt, ut pignus liceat distractare, vt in d. debitores; itaque perperam suam doctrinam ex dicta lega colligit Sanchez. Quod autem attingit aliam doctrinam, quao afferit, verum quidem est quod alius quis mutuam pecuniam dedit, nec terminum praefixit, intelligi debere necessario aliquem terminum arbitrio iudicis, vt vtile sit mutuum, alias nulla mutuarij utilitatē datum mutuum est. Et statim reperteretur, sicut etiam idem dicitur de prelio. At in nostro casu longe diuersa ratio est, non cum est necessarium tempus expectandi, in quo sit vtilis præmissio, est enim vtilis à principio, & vtilis adimplatio, & ita etiam alio non potente adimplenda est, nisi alter adimplitionem differri ex causa posset. Ita Pontius aduersus Sanchez,

3. Sed his non obstantibus, opinionem Sanchez probabilem esse puto, quam post illam tuerit Villalobos in summa rom. 1.17. 12. diff. 9. num. 3. vbi sic ait: [El que le despojo sin terminar el tiempo en que se auia de casar, obligacion tiene pudriendolo hasta commodamente, quando la otra parte lo pidere, porque asi acontece en las demás deudas, que se contraen sin finalizar el termino de la paga.] Et hanc sententiam docet etiam Coninch de Sacram. disp.21. dub.1. num.2.

RESOL. XXXV.

Quidam contraxit sponsalia, & postea adimpleruit, queritur an sit per censorias compellendus? Ex part.3. tr.4. Ref. 205. alias 206.

§. 1. Hic casus frequenter solet accidere, & ad illeum sic responder Basilius Pontius de matrim. lib.12. cap.6. num.2. si is, qui sponsalia contraxit, adimplere nolit, monendum prius per iudicem est, & si adhuc nega, per censorias compellendus est. cap. ex litteris, el 2. de spon. illud tamén addendum est, iudicem compellere debere per censorias compulsione moderata, non præcisa, si pertinax sit persinando,

residendo, ex cap. requisit. de sponsal. Imò & quando prudenter iudicatur fristrà ferri excommunicatio-
nem, ab illa est abstinentia. Ita Pontius, & Villalobos in summa. tom. 1. tract. 12. diff. 19. n. 3. vbi ita ait.
[Han de advertiu mucho los Iuezes, quo no sean en
este caso muy rigoros, porque no hagan que se
contraya el matrimonio por miedo que cayga en
varon constante, que si esto ay: no aura nada y tam-
bién, porque suelen tener estas fuerzas difículas
las salidas.] Ita ille.

RESOL. XXXVI.

Quidam vir Nobilis contraxit sponsalia, & per multos dies causa delectationis oscularatur, & tangebat sponsam, queritur, an peccauerit mortaliter?

Et notatur dicta oscula, & amplexus esse licita, etiam si praeiusta pollutione sequatur, dummodo id faciant necessitate compulsi, & sine periculo confessus in pollutionem, cum inurbani, & austeri habentur, nisi ita se invicem oscularentur, & amplexarentur.

*Et an hoc quod dictum est de osculis, & tactibus, simili-
liter, & multo magis dicendum est de colloquii, &
aspectibus, modo aspectus non sint valde impudici, ut
partium verendarum, sicut in simili de tactibus?*

*Etiamque advertiu, quod sicut sponsis de futuro licita
sunt oscula, amplexus, & similes tactus cum sponsis, ita delectationes, & commotiones sensibiles,
qua ex cogitatione osculis, & amplexibus resultant, sed
non ex aliis tactibus. Ex part. 2. tract. 17. & Milc. 3.
Ref. 36.*

pollutio prævisa sequatur, dummodo id faciant ne-
cessitate compulsi, & sine periculo confessus in pol-
lutionem, cum inurbani, & austeri habentur, nisi ita
ita se invicem oscularentur, & amplexarentur. Hoc
quod dictum est de osculis, tactibus, similiiter, &
multo magis dicendum est de colloquii, & aspecti-
bus, vt notatur Nauarr. c. 6. n. 12. Sed limitat hoc San-
chez n. 5. 4. modò aspectus non sint valde impudici,
ut partium verendarum, sicut in simili de tactibus
dixerat n. 5. 2. Sed hanc limitationem impugnat Salas
vbi supra fecl. 26. n. 177. quia tactus verendorum libi-
dinosi, maiores habent affinitatem cum copula,
quam aspectus libidinosi earum partium. Hac Sa-
las, sed an satis probabilitate, iudicent viri docti. Ex
his patet responsio ad quæsumum.

Sup. hoc in
tom. 1. tr. 4.
lege doctrin-
nam Ref. 37.
& pro aspe-
ctibus con-
sensu in hoc
texu in ref.
seq. §. 1.

RESOL. XXXVII.

*Improbatur quædam opinio pertinens ad sponsos de fu-
turo; vbi docetur de sponsis de futuro esse permis-
sum aspectum pudendorum.*

*Et notatur non esse mortale in coniugis absentia pro-
pria verenda libidinose tractare, si huiusmodi tactus
ad illicitum actum non referantur.*

*Et queritur, an quilibet tactus sint liciti, & quæcumque oscula inter coniugatos, etiam in partibus pu-
dendis?*

*Et docetur mortiferum esse virile membra in os-
culatione immittere. Ex part. 1. tract. 2. & Milc. 2.
Ref. 68.*

§. 1. *[O]annes Salas in 1.2. tom. 2. queſt. 74. tract. 13. Sup. hoc in
dub. 6. sect. 26. n. 117. docuit, sponsis de futuro
esse permisum aspectum pudendorum; Ego dum le-
gi hanc opinionem, improbabilem existimau, &
calum comunicatum cum doctissimo concive nostro
Patre Iosepho Augustino Societatis IESV liberant
in nostris sententiis iuit, quam nunc inuenio docere
etiam Patrem Antonium Escobar in 2. editione Theolog.
moral. tract. 1. Examin. 8. c. 3. n. 74. vbi sic ait; Salas pu-
dendorum permittit aspectus, quia non tantum ha-
bent connexionem cum copula quam tactus. Ast ego
semper hanc sententiam, ob commotionis immoder-
rantiam, improbabilem iudicau. Sanchez citatus ait
licere oscula, & tactus exteros, etiam si secutura
pollutio prævideatur, dummodo adiit iusta causa spon-
so, scilicet ad vitandam inurbanitatis, seu austerioritatis
notā. Portò alia adiuncte ablegande nostre huiusmodi
documenta, & idē illicitam esse dixerim tam obnoxio-
sum periculum demonstrationem, Ita illle; & quoad
hoc ultimum contra Sanchez etiam ei adhæreo.*

2. *Nota tamen, Escobar vbi supra num. 73. existi-
mate non esse mortale in coniugis absentia veren-
da propria libidinosi attricere, si huiusmodi tactus
ad illicitum actum non referantur, etiam si adiit pol-
lutionis periculum, quia licet non referantur actu,
tamen ordinantur sua ex natura ad coniugalem
actum. Et citat Ioann. Præpositum in 3. part. queſt. 6.
in Bonis Matrimonio dub. 26. n. 188. Sed Præpositus in
dicto loco aperte dicit dictos tactus verendorum
non esse mortale, si abicit pollutionis periculum,
Vnde ego puto illa verbi in Codice amicissimi Pa-
tri Escobar sufficere scripta, & impressa errore ama-
nuensis, vel impressoris: Et idē vbi dicit, Etiamsi
adiit pollutionis periculum, corrigere. Et si abicit pollu-
tionis periculum, nam aliquin dictam opinionem
non admittit, nec illam Præpositus docuit.*

3. *Idem Pater Escobar n. 66. querit an inter Con-
iuges quilibet tactus sint liciti, & quæcumque oscu-
la, & affirmat ex Filiicio (nam Typographus ex*

Sup. hoc in-
fra in Refol.
188. §. Ad
tertium. & in
ref. 189. 190.
in Ref. 196.
§. Sed maior.
& in tom. 2.
tr. 6. Ref. 20.
§. Quæritur
sexto, prope
finem, ver.
nota etiam.

Sup. hoc in-
fra in Refol.
191. & 196.
§. vlt. post

G g errore